



## LITTERAE APOSTOLICAE

Nos,  
vota Fratrum Nostrorum  
Caroli S.R.E. Cardinalis Osoro Sierra,  
Archiepiscopi Metropolitae Matritensis,  
Antonii S.R.E. Cardinalis Cañizares Llovera,  
Archiepiscopi Metropolitae Valentini,  
necnon plurimorum aliorum Fratrum in Episcopatu  
multorumque christifidelium explentes,  
de Congregationis de Causis Sanctorum consulto,  
auctoritate Nostra Apostolica  
facultatem facimus ut  
Venerabiles Servi Dei  
**VINCENTIUS QUERALT LLORET** et XX Socii,  
necnon **JOSEPHUS MARIA FERNÁNDEZ SÁNCHEZ** et XXXVIII Socii,  
presbyteri, religiosi et christifideles laici, martyres,  
discipuli fideles Domini Iesu usque ad sanguinis effusionem,  
Beatorum nomine in posterum appellentur,  
atque die sexta mensis Novembris  
quotannis in locis et modis iure statutis celebrari possint.

In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti. Amen.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum,  
die quarto mensis Novembris, in memoria sancti Caroli Borromeo, episcopi,  
anno Domini bismillesimo septimo decimo, Pontificatus Nostri quinto.

*franciscus*